

EPIGRAMMATA.
IN EFFIGIEM D. NICOLAI EVERHARDI
Iunioris, I C.




*Aspice præclaram faciem, quam signat imago,
Ingenium dignum laudibus esse canes.
Aspice NICOLEVM vera pietatis amantem,
Eximium iuris, grandiloquumque decus.
Magnus hic est Doctor, quem Boia semper honorat,
Quem longinqua simul Teutonis arua colunt:
Quo gaudet passim Legum studiosa iuventus,
Et cupit hunc tantum sæpe videre virum.*

D. Henricus Wösthufius, IC.

*Non secus, ut sermo est animi certissimus index
Ingenii signum nobile corpus habet.
Hic etiam vultus, quem parva tabella notavit,
Pectoris excellens arguit esse decus.
Namque humeros, oculosque, viri, barbamque, genâque
Aspicias: an non inclyta forma nitet?
Fulget eò nobis virtus iucundior ergo,
Pulchrior est facies quò veneranda viri.*

Fridericus Martini I C.



© Herzog Anton Ulrich-Museum Braunschweig

